

F. g. num. 23.
1765, 2

DISSERTATIONEM IVRIDICAM
DE
CONTRACTVS DENVNCIATIONE
AD EXCLVDENDVM IVS RETRACTVS
AGNATORVM HAVD NECESSARIA.

19

P. 338.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO

DOMINO
GVILIELMO V.

ARAVS. ET NASSAV. PRINCIPE
RELIQVA.

SVB PRAESIDIO

IO. HENR. EBERHARDI

I. V. L. ac L. P.

EXAMINI PVBLICO SVBICIET

RESPONDENS

KAROLVS CHRISTIANVS BINZER

SOLITARIA - HANOICVS

I. V. C.

DIE MARTII MDCCLXV H. L. S.

HERBORNÆ
LITTERIS REGELINIANIS.



DESSERTATIONE IN MEDICINA
CONTRACTVS DE PNEUMONIA

AD EXCEP. P. NOV. IV. EFFECTVS
A. M. A. T. H. A. T. O. R. H. A. R. D. I. F. E. R. H. A. R. D. I.

RECTORI MAGNIFICENTISSIMO
SEVERISSIMO ET CLEMENSIS
AC. B. M. G.

DOMINO

G. W. I. L. L. I. M. O. J.

STUDENTI MEDICINAE FACULTATIS
UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

SO. L. U. S. F. E. R. H. A. R. D. I.

BRUNNENI P. M. G. S. S. I. G. N. I.
L. I. P. S. I. A. E.


ALBINO CH. M. I. L. I. U. S. S. I. M. P. L. I. C. I. T. A. T. O. R. I.
S. O. L. I. T. A. N. O. S. T. R. A. T. O. R. I.

L. W. C.

HALLE A. M. D. C. C. L. X. V. I. I. I.

IN A. M. D. C. C. L. X. V. I. I. I.





CONSPECTVS TRACTATIONIS DE CONTRACTVS
DENVNCIATIONE AD EXCLVDENDVM IVS RETRACTVS
AGNATORVM HAVD NECESSARIA.

§ I Ratio instituti, § II definitiones & divisiones denunciationis. § III dissensus Iure Consultorum nostraeque sententia. § IV pro ea corroboranda primum a forma negotii desumptum argumentum § V obiectio propter consensum agnatorum in alienationem necessarium § VI eiusdem refutatio. § VII a legum speciali dispositione fecundum, § VIII tertium a Doctorem doctrina absurda petum, § VIII quartum per regulam: qui certior est certiorari non debet, § X quintum in aequitate fundatum argumentum. § XI, XII, XIII & XIII, statuta specialia, denunciationem exigentia, nostram firmere sententiam, demonstratur. § XV sinit privilegium Nobilium Imperii Immediatorum. § XVI quatenus nostram exponat sententiam, § XVII Leopoldi Privilegium ex ensionem continere, § XVIII, XVIII, XX & XXI ius illud speciale demonstrata hac in tractatione corroborare, probatur. § XXII obiectio ab illo privilegio petita proponitur & § XXIII refutatur. § XXIII quibusnam respondendum sit obiectionibus, declaratur. § XXV CHRISTINAE, § XXVI MULLERI, § XXVII quibus per inductionem argumentari placet, § XXVIII MÖLLERI, § XXIX LEYSERI dubia exposita refutantur.

§ I

Paucos ante dies: scientiam feodi alienati generalem sufficere ad praescribendum ius retractus agnatorum: demonstrare, fuimus solliciti. Veritatem, hoc in specimine perlustrandam, superiori affinem, imo unam sine altera diiudicatu reperiri difficilem, nemo non videt. Quanquam enim agnarus scientiam sive simplicem sive qualificatam aliunde sit consecutus: omnia tamen denunciatione ipsi ius retractus nequaquam

tiquam esset adimendum. Probata porro propositione: nullam nisi scientiam depolci simplicem: minus recte exigi denunciationem, facile quisque perspectum habebit. Quam ob caussam, cum praesertim, aliquo interiecto temporis spatio, tractationem, iamiam promissam: *de mediis probandi scientiam*: publici facere iuris, animi sit sententia, haec verohuius speciminis auxilium, dum, si contractus foret denunciandus, nulli inferviret usui, implorare cogatur: de necessitate denunciationis quaedam differere haud iniucundum putavimus.

§ II

Denunciatio contractus generatim definitur per actum, quo significatur alienatio rei retractui obnoxia. In publicam & privatam recte dispesci potest. Illa audit: quae fit auctoritate publica. Hanc ipsum vasallum alienantem suscipere oportet. Quae iterum in duas abit partes: pro ut vel in iudicio vel extra illud & sic aut per notarium ac testes, aut alio modo absolvitur. Quare & solemnns & minus solemnns existere valet. Mittimus publicam, statuto speciali introductam, omnino haud negligendam, (a)

§ III

(a) Sic hinc in teris denunciatio per tres septimanas fieri debet. Vid. NASSAV CAZENELNBORGISCHE *Polizei-Ordnung Cap. V. § V.* Secundum STATUTA BASILENSIA *de an. 1719* alienatio ad acta insinuetur & denunciatur necesse est. Vid. *Part. II Tit. IX p. 80.* Consuetudines Gissenfes volunt, ut, facta denunciatione, iuri retractus praescribatur intra 6 sept. & 3 dies, ea autem, non facta, intra annum & diem. MARBURGISCHE BEITRAEGE *zur Gelehrsamkeit 3 Stueck. 1741 p. 88 &c.* Hamburgi denunciatio fieri debet *durch convenerbessene Burger.* HAMBURGISCHE *Stadts-Recht Part II tit. 8 art. III.* Marburgi, secundum non satis laudandam devenerandamque consuetudinem, fit denunciatio e sacra cathedra nomine venditoris non emtoris, MARB. BEITR. I. C. p. 17. CHVR-BAYERISCHES *Land Recht Tit. X art. II* iubet denunciationem, agnatis ad quantum usque gradum, solemnem fieri. IUS LVBICENSE *L. III tit. VII art. I* desiderat denunciationem *durch besessene Burger.* Homburgi prope Francofurtum emtor curare tenetur, ut bona alienanda per 6 hebdom. denunciarentur, ommissa denunciatione, ius retractus intra annum & diem praescribatur. IO. FR. PLUMKE *in Diss. de retractu nec iure civili, nec canonico, nec feudali Langobardico &c. &c. &c. Marburgi 1750 in app. pag. 36 & 37.*

§ III

Ratione denunciacionis privatae, a vasallo alienante peragenda, varii, inter iuris interpretes, exoriuntur dissensus. Alii nullam: (b) alii solemnem: (c) alii saltem minus solemnem requirunt: (d) alii denique, cui denunciatio non facta, meliori gaudere conditione, illo, cui contractus sit denunciatus, autumant. (e) Nos quidem, tres posteriores opiniones, nulla ratione defendendas, imo analogiae iuris contrarias, rejicere, priorem vero sententiam esse amplectendam, probare, conaturus sumus.

§ IV

Si forma negotii actusque cuiuslibet dispositione speciali determinari, ac quatenus ad decidendam causam in iudicio controversam allegatur, a lege ipsa agnoscitur debet, sequitur: denunciacionem nec ad formam praescribendi iuris retrahendi, nec ad solemnitatem pacti, circa nationem rei cuiusdam, ineundi, esse referendam. Quid enim forma negotii, contractus solemnitas nominari meretur? Sane nihil aliud, nisi quod praeter essentiam, tanquam necessarium requisitum, est adiectum. Secundum suam naturam accidens itaque manet. Unde, quae! cognoscere cupis, has praesertim circumstantias, exclusis aliis, ad essentiam actus

A 3

actus

(b) Perill. & Magnif. I. G. ESTOR Illustrisque I. A. HOPMANN in *der bürgerl. Rechtsgel. der Deutschen Tom. II* § 4267, ROSENTHAL in *tract. de feudis Cap. IX concl. 93. n. II*, IAC. MENOCH *de arbit. iud. quest. 9. I6 n. 3*, MEVIUS *Parr. III Dec. 253 n. 6*, CONSILIA TVRINGENSIA *Tom. V Cons. 29 n. 58*, AFFLICTVS *de iur. protim. § II n. I & 2*, STEPH. GRATIANVS in *Diapt. forens. Disc. 797. n. 9*.

(c) CHRISTINA EYVS in *Dec. Vol IV, Dec. 85, n. 5*, qui denunciacionem in foro rei sita fieri iubet: MARC. MANT. in *Comment. ad L. datum C. de contrah. emt. adeo quidem, ut quamvis aliquis confiteatur, se scivisse contractum initum, iure tamen retractus, omnia denunciacione, non esse privandam. Vid. BARTH. Diss. in Praxi 371.*

(d) MYELLER *ad STRUVIVM Ex. XXIII th. LXV lit. b. p. 1581, ed. 1718*, J. H. BOEHMER *Consulrat. & Decif. Vol I Part. II Resp. 127* etc. KAROL. HEINR. MÖLLER in *usu practico distinctionum iuris feudalis pag. 460 ed. 1748* etc. &c.

(e) AVG. A LEYSER in *Mediat. ad Pandectas Spec. XCV med. II.*

actus pertinere? Recurrere ad leges universales tibi incumbit. Leges, dicimus, determinare debent, quamnam præter id, quod actum quendam perficit, requiruntur. Proferas nunc, quisquis talem tueri cupis sententiam! legem aut peregrinam aut Theutonicam! O vani conatus! Concludimus itaque: quæcunque negotio alicui accedunt, exiguntur aut tanquam essentialia aut tanquam formalia. Ad illa nemo, exceptis mente captis, denunciationem referre poterit: nec formæ annumerari meretur: (per antea deducta) E. certissimum relinquitur, contractus agnatis denunciatur, haud necesse esse.

§ V

Leges Germanorum, contraria consuetudine non abrogatas, vafallis haud iniungere denunciationem, exstare, negavimus. (§ anteced.) Hac de causa obiectioni cuidam, ab aliis forsan movendæ, obviam ire, consultius putamus, quam in illam plane non inquirere. Varia nempe iuris patrii, peregrino omnino præferendi, capita: leges, quamvis particulares & privata collectæ auctoritate, ad consuetudinem tamen Theutonum, saltim specialem, probandam, allegandæ, in alienandis quilibet quibusque bonis, præsertim avitis & feodalibus, consensum heredum fuisse necessarium, nos edocent. Testantur hac de veritate WEICHBILD. (f) IUS PROVINCIALE SAXONICVM, (g) IUS FEVDALE ALEMANNICVM, (h) KEYSER-RECHT &c. (*) Vir Magnificus & illustris, huius Academiæ Pro-Rector, W. BURCHARDI, (i) Celeb. C. V. GRUPEN, (k) tabulam e Codice Picturato Guelferbyitano, in quo enunciatur: *Ane eruen Gbelof und ane echte Dingh ne mot ner man sin egben noch sine Lude gbeven*: heredibus, erectis digitis, iuri suo renunciantibus, sistens: Vir summus I. S. PÜTTER, (l) Excellentissimus I. H. DE SELCHOW, (m) nec non Solidissimus

(f) C. XX.

(g) I. I. A. III.

(h) C. LXV. (*) L. II c. 12.

(i) in Diss. de hereditate quadruplici sive de genere bonorum quadruplici in successionebus illustrissimus &c. 1755. C. IV § 48.

(k) in den deutschen Alterthümern 1746 pag. 3.

(l) in elementis iuris privati hodierni, 1756. § 720.

(m) in elementis iur. priv. hodierni, 1762 L. III Cap. II T. II § 555.

diffimus I. I. REINHARD, (n) I. SCHILTER, (o) I. G. HEINECCIUS (p) alii-
que plures. Quamob rem feodi alienatio, omiffa contractus denuncia-
tione, nulla ac iniufta videri poterit, dum, fi confenfus eft neceffarius,
citra dubium contractus erit indicandus. Uberius rem illam expofuerunt
Viri Ampliffimi I. A. HELLFELD, (q) I. K. H. DREYER (r) & V. C. KAR-
LVD. STIEGLITZ. (s) Cui infuper fententiæ refpondere videtur *das Frän-
kifche und Reichs Leben-Recht*, a Viro Perilluftri DE SENKENBERG editum.
(t) Vbi: *Eyn iclich man fal wiffin daz der keyfer gnade bat gethan Daz fe
dorch nod mogen verkouffen erelebin erime genoffin an alle wvedersprache aber
dy ganerbin habe kore ob fe ez wollen ume daz selbe gelt nemen Daz eyn
frowder dor ume gebin mel wollen fe ez aber nicht, So mag fe ez vor-
kouffen mer dez keyfers wiffin wer ez kouffen mel. &c.* Verba huius legis:
denunciationem effe neceffariam: ftatuere omnino videntur.

§ VI

Quum tamen hæ confuetudines non in feodalibus & avitis folum,
verum in allodialibus etiam bonis funt obfervatæ ac nemo ferme, fine
heredum confenfu, alienationem immobilium fufcipiebat, (§ antec.) di-
fpoftiones autem illæ, faltem quoad allodia, valore temporibus hodiernis
definiuntur, (u) quisque itaque perfpiciet, rigorem itum, five ex con-
turbatione

(n) in der gründlichen Ausführung des Rheingräflich Grumbach- und Rheingrafenheimfchen Erb-
und Lehen-Folge-Rechts in die Hälfte der erledigten Rheingräflich-Dhaonifchen Landen fol.
1750 § 21 &c. & in deductione: die Gemeinschaft als ein wahrer Grund der Erbfolge
und der einzige Grund der Lehens-Folge der Seiten-Verwanten. 1755 fol. pag. 23 &c.

(o) ad ius Feudale Alemannicum Cap. LXIV.

(p) in iure Germanico, 1736, Tom. I § 162 & 399.

(q) de reſtricta illuſtrium alienandi facultate, maxime quoad allodia avita 1747.

(r) de reſtricta facultate bona hereditaria alienandi ad hereditaria bona mobilia non pertinen-
te 1750.

(s) de fidei commiſſis familia, confenſus eorum, quorum intereſt, ſublatis 1752.

(t) in Corpore iuris feudalis Germanici 1740 pag. 16.

(u) Ill. RÜTTER in el. iur. Germ. § 721, Ampl. DE SELCHOW in elem. iur. Germ. § 556.
V. C. DREYER cit. tract. pag. 7.

turbatione iuris Germanici & Romani, sive alia ex causa, in feodalibus adeo haud attendi: (*) hæcce generatim tantum, ad removendas obiectiones, opposita forsitan sufficerent. Nec tamen fulsiant. Nos potius, sequentem in modum, per sanam rationem, analogiam feudalem legumque mentem, distinguimus. Aut differitur de contractu in perpetuum valituro, adeoque IRREVOCABILI, plena ac quoad effectum licito, ita, ut excludatur ius retractus, nec non ius revocandi, imo omne ius agnatis competens: & eatenus agnatorum, atque condominorum consensus est necessarius, dum his ius in feoda bonaque avita a primo acquirente est quaesitum. Atque ad tale pactum clare respiciunt textus (§ antec.) allegati. Aut loquimur de alienatione in se licita, REVOCABILI, seu minus plena, adeo, ut vassalus nulla quidem afficiatur pœna, ius tamen agnatis tribuendum haud diminuatur. Et hic agnati consentiant haud necesse erit. Nullum enim præiudicium ipsis inde nascitur. Et alienatio, damnum agnatis non inferens, ab ipsis tanquam nulla impugnari nequit. (v) Hunc in finem nostra est directæ tractatio. Ad membrum distinctionis primum neutriquam spectat. Evanescit ergo conclusio a consensus ad denunciationis necessitatem. Verba legis, *des Fränkischen und Reichs-Leben-Rechts*, (§ antec.) allegata, nostram distinctionem satis clare approbant: *wollen se ez aber nicht, So mag be ez vorkouffen met dez keyfers wissin mer ez kouffen mel daz, sal aber sin ane ganerben*. Annon quaeso! hic speciatim talis alienationis, in quam condomini cum in finem, ut iure suo priventur, imo ut nulli existere videantur, *daz, sal aber sin ane ganerben*, consentire debent, mentio fit? Annon firmatur primum distinctionis membrum, tum demum consensus agnatorum adeoque & denunciationem exigî, si omni iure in feuda privantur?

§ VII

Nullus, clarum tenorem legum saltem non desiderare denunciationem contractus, non affirmabit. (§ IV) Hac ex causa satis iamiam argumentari possumus, hocce onus alienationi nec imponendum, nec in vassalli

(*) Magnificus WOLFF, BURCHARDI in Diss. cit. § I & II. SCHILTER ad I. F. A. Cap. cit. § 3. Acutiss. K. H. MÖLLER in *distinctione iur. feud.* p. 451, 1748. B. G. STRVV. in *elem. iur. feud.* ab Ampl. L. A. HELDFELD delineat. p. 377. 1754.

(v) B. G. STRVV. in *elem. iur. feud.* § 349 & 359. MÖLLER *ajustit.* I. F. p. 453. &c.

vassalli possessoris vel emtoris præiudicium esse statuendum. Omnes autem constitutiones, præter illas, quæ in § antec. sunt explanatæ, directo iubere contrarium, nobis demonstrantibus, quisque assensum præbere cogitur. Annus, quo ius retractus præscribitur, a die scientiæ currere incipit. (x) An vero is solummodo non ignorare dicitur, cui denunciatio est facta? Nonne & is, qui aliunde scientiam est adeptus? Qua propter leges, dum affirmant, scienti currere præscriptionem, tacite non negant, denunciationem haud esse necessariam. Concedunt, imo præcipiunt, qualemcunque scientiæ probationem esse admitterendam. Cur unicus tantum modus assumendus erit? Hunc in finem concedere possemus: scientiam non solum generalem, verum etiam specialem adesse debere: & nihilominus denunciatio non foret necessaria. Utraque enim variis potitur modis.

§ VIII

Omnes iuris feudalis interpretes uno confirmant ore: eum a iure retrahendi esse removendum, qui a die, quo contractum celebratum compertum habuit, per annum, iure suo non usus est. Iam igitur provoco nec ad leges; nec ad analogiam iuris: nec ad æquitatem: provoco ad dicta Doctorum. Quali ratione hi viri propositiones, sibi invicem contrarias, defendunt, explorare vires nostræ haud sufficiunt. Quis tam inconcinne concludere poterit: scienti currit præscriptio; ergo denunciatio est necessaria. Ohe! iam satis est. Applaudite tali sententiæ! Beatum prædicamus eum, qui consentire valet.

§ VIII

ROSENTHAL, legum clientelarium consultissimus: ille, qui scientiam specialem requirit: is, denunciandum esse contractum, ne quidem affirmat. Ait enim: (y) *qui certior est, certiorari non debet*. Et sane illius argumentum nostris annumerare cogimur. Quem in finem denuntiatio? Ad essentiam contractus? Quis affirmando respondebit? Ad formam?

B

mam?

(x) II f. 13 § Tertius filios.

(y) in tract. de feudis Cap. IX concl. XCIII n. II.

nam? Contrarium supra (§ IV) est demonstratum. Ad id, ut quis sciat contractum? Quot, quæso! modis, præter denunciationem, contractum exploratum aliquis habere poterit? Non negamus quidem, regulam illam non esse universalem, præsertim si iuris publici ac rituum solemnium, ceremoniarum nempe, præcepta perlustramus. Manet autem vera, donec exceptio probetur, quia fundamentum eius per sanam rationem poterit demonstrari.

§ X

Ex antea deductis iamiam apparet: sententiam nostram esse æquiorrem. Alia insuper nos latet ratio, cur vasallo possessori denunciatio sit iniungenda, nisi, ut illum, quo minus ius suum, ex legum dispositione quæsitum, exerceat, impedire tentent. Quid enim interest, utrum agnatus mediante denunciatione, an aliunde sit expertus alienationem? Quid? Certo parum refert. Omnes leges sunt interpretandæ, ut ius tertii saluum maneat. Anne regula hæc, tyronibus haud incognita, observatur? Et ita non obstat, quod privilegia sint extendenda & quam plenissime accipienda. Ubique enim addi debet: nisi vergat explicatio iuris specialis favorabilis in præiudicium tertii. Absurdum erit affirmare: annum currere a die scientiæ & simul a die denunciationis.

§ XI

At forte quispiam inquiet: nullius usus esse nostram tractationem. Quid enim interest, utrum lex positiva universalis denunciationem fieri iubeat: an leges particulares, si non omnes, plurimæ tamen, tale quid præcipiant? Supponunt, quibus ita ratiocinari placet, maximam statutorum singularium partem exigere denunciationem contractus. Et nunc argumentantur: leges particulares in complexu sumtæ unam eandemque approbant sententiam, idem efficiunt, ac lex quædam universalis.

§ XII

Tale vero argumentum nobis haud satisfacere posse, statim demonstrabimus. Primo neutiquam valet conclusio a quibusdam statutis specialibus

libus ad universalem normam inde deducendam. Minus recte (2) infertur: statuta requirunt denunciationem in allodialibus alienandis, ergo & in feudalibus. Nec (3) sanis nititur principiis ratiocinium: publica fieri debet denunciatio in loco, ubi res venditur: ergo denunciatio contractus generatim est necessaria. Quenam enim personæ experiuntur contractum per denunciationem? Nonne illæ tantum, quæ domicilium in hac illave urbe habent constitutæ? Nonne, quæso! paucissimi agnatorum, cum vasallo alienante, uno eodemque habitant loco?

§ XIII

Sane mirandum, homines tam diverso concludere modo, ut varia, posito eodem principio, a diversis deducantur conclusoria. Quid obicit nobis contrarium a statutis specialibus argumentum petentibus? Primo enim ratiocinamur: si leges particulares exigunt denunciationem, istam secundum ius commune non esse necessariam, simul declarant. Ad quid enim lex particularis, si universales idem præcipientes adessent?

§ XIII

Alia deinde ab illis, nostræ sententiæ veritatem demonstrans, desumitur ratio. Dispositiones particulares denunciationem quidem exigunt, at omissa illa, nihilominus, iuri retractus intra annum præscribi, statuunt. (§ II not. a.) Spatium igitur annale, intra tres aut quatuor menses &c., a die denunciati contractus, pivari illos, quorum interest, iure retractus, determinantes, mutare tantummodo tentant. Cætera, quæ præter enarrata in medium proferri possent argumenta, utpote a consensu, ab ignorantia affectata, a iure retractu, per sententiam Doctorum, odioso &c. desumpta, alibi sunt exposita: (2) eaque propter probe determinata, ac rite mutata huc erunt referenda.

B 2

§ XV

(2) in dissertatione Præfatis, quam hæc sequitur, sistente argumenta: *scientiam feodi alienari generatim sufficere ad præscribendum ius retractus agnatorum*: defensa a Io. Phil. Becher, § X, XV, XVI &c.

§ XV

Sat notum, iuris specialis, denunciationem præcipientis, exemplum præbet privilegium Nobilibus Imperii Immediatis ab Imppp. AAA. RVDOLPHO II sub dato Prag. 9 Jul. 1605, FERDINANDO II sub dato Ebersdorf 22 Sept. 1624, FERDINANDO III sub dato Wien 25 Maii 1652 concessum, & a LEOPOLDO Imp. A. sub dato Linz 20 Maii 1684 & Wien. 21 Jul. 1684 (a) ita extensum, ut tempus sit trium annorum, intra quod ius retractus exerceri possit, & verus emtor, verumque pretium in denunciatione comprehendi debeant.

§ XVI

Occasione nostræ tractationis hocce privilegium latius esse exponendum, forsân quis putare possit. Cum autem nostro proposito, in id tantum directo, ut, quid generatim de denunciatione sit statuendum, exploratum esset, ac præfens specimen, excipiens alterum: *de mediis probandi scientiam*: inutile haud videretur, per multa differere nullius foret usus: imo privilegia Nobilium Imp. Immed. iam dudum esse oppugnata nec non defensa, (b) ulterior disquisitio huc non spectat.

§ XVII

(a) KNIPSCHILT *de iurib. & priv. Nobil. Lib. III cap. IX § 101* &c. PFEFFINGER in *VIRIARIO illustrato Tom. IV L. III Tit. XXI pr. not. 23 p. 258* &c. ed. 1731. LUNIG in *des deutschen Reichs Arch. Part. Spec. Contin. III pag. 118 & 119*, *Ordinatio der fünf Theil im Land zu Schwaben, sub dato Munderkingen 7 Aug. 1560 qua a FERDINANDO I an. 1561 est confirmata*: BURGERMEISTER *Cod. Dipl. immed. Nobil. Imp. ed. 1721 Tom. I p. 162.*

(b) Vid. IMMAN. WEBER *Diss. de retractu Nobilium Imperii Immediatis per privilegia Casarea concessa Giff 1719*, aliosque a Viro illustri I. S. PÜTTER in *element. iur. publ. Germ. Cött. 1760 § 693* &c. allegatos. *Facti speciem pro clementissima mantinentia privilegii iuris retractus, a Sacra Casarea Maiest. Imper. Nobilit. Rhenana & Westerv. via concessi in Sachsen D. D. von Breitbach und von Elß contra Closter Sieberg, Rommersdorf und*

§ XVII

Quae tamen nostris argumentis usui esse aut illa destruere possunt, annotare non nequimus. Sicut quidam, (c) privilegium Augustissimi Imperatoris LEOPOLDI, præter prorogationem spatii trium annorum &c., ratione veri emtoris & veri pretii, non esse extensum, contendere studet. Quam tamen sententiam, pace illius Viri, merito reiicimus. Denunciatio enim nil aliud efficit, nisi ut scientia per illam obtineri debeat. Si igitur veri emtoris verique pretii scientia, generatim considerata, non requiritur; hæc accidentia nec denunciari debent, nisi per specialem dispositionem sit tale quid indultum. Nunc vero illud in tractatione,

B 3

§ IV

und Kayserfeld apud BURGERMEIST, in Cod. Diplom. Equestri Tom. II pag. 677 &c. reliquos a PFEFFINGER in VITRIAR. illust. Tom. IV L. III Tit. XXI pr. lit. n. & n. 23. citat. Adde Vorlegung der anwachsenden Reichs-Ritterschaftlichen Irrungen und daher entstehender Nothw. eines hinlänglichen, gerechte und billigmässigen Reichs-Regulativs, Franc. 1750. Das längst vorhandene durch des H. R. R. Grund-Gejetze und dessen allgemeine Verfassung festgesetzte Normativum, nach welchem die Reichs-Ritterschaftlichen Irrigkeiten mit andern Gliedern des Reichs zu beurtheilen sind 1751 fol. Reichs-Ständische Archival Urkunden und Documenta ad causam equestrem die Vorlegung der anwachsenden &c. zu befräuchen und zu erläutern, Regensp. 1750 zweyen Th. His opposita sunt sequentia: Vertheilte Freiheit und Unmittelbarkeit der Heil. R. R. Ritterschafft in Francken, Schwaben und am Rhein, auch ihrer wohlhergebrachten Würden und Gerechsamten wider die Hochfürstl. Württembergische sogenannte Vorlegung &c. 1750 fol. Kurzer Begriff des Ungrundes der sub dato 15 Apr. 1751. ad dictaturam imperii gekommenen Reichs-Ritterschaftlichen Druckschrift sub titulo: Vertheilte Freiheit &c. Regemb. 1751, in fol. Kurzer Begriff des Ungrundes von dem 2ten Absat. des ersten Theils der Reichs-Ritterschaftlichen Druckschrift sub titulo: Vertheilte Freiheit &c. &c. Reg. 1752, fol. Abrege oder concentrirter Auszug und Begriff der von Serenissimo Württembergico ad Comitum Imperii gebracht und mit 11 Tomis authentischer Archival. Urkunden erläutert und befräuchten Vorlegung &c. 1750, fol. Circular-Schreiben des General-Ritter-Directorii am Otterwald ad Status Imperii d. d. 2 Mart. 1750, fol. Glimpliche Erinnerungen bey einem von der Reichs-Ritterschafft unlangst distribuirten unglimpflichen Pro memoria und ad Status Imperii sub dato 9 Jan. 1750 gleichen Inhalts ferner weiterem Circular-Schreibens 1751, fol. Erläuterungen der glimpflichen Erinnerungen bei einem von der Reichs-Ritterschafft distribuirten Pro memoria nebst gründlicher &c. 1751, fol. &c. &c. &c. Vid Virum fimum I. I. MOSE in dem Staats-Archivo ad annum 1751 Th. 8 p. 37 Th. 10 p. 5 Th. 11 p. 3 &c. 1752 T. 3 p. 506 &c. 1754 Th. 2 p. 290 &c. &c.

(c) der Ritterschaftlichen Gegen-Deduction occasione controversia inter Serenissimum Ducem Württembergicum & Nobiles Imperii Immediatos apud Celeb. I. I. MOSE in dem deutschen Staats-Archiv ad ann. 1754 Th. II Cap. 13 pag. 350.

(§ IV not. i) allegata, demonstravimus: ergo privilegium Leopoldi Imper. eatenus extensionem etiam continet. Nostra hæc sententia per privilegia ab Imperatoribus antea indulta magis corroboratur. Sic Ferdinandi II. concessio sequentis est tenoris: - - wann einem Adelichen Mitglied erstbesagter fünf Viertel im Landt zu Schwaben seine Adelige Güeter - - - käuflich hinzugeben vorhabens, daß er vorderist dieselbigen seinen Freunden, und, wann die nicht wollen andern von der Ritterschaft, anbieten und denselben den Vorkauf in gleichmäßigen billigen Werth, verstaten solle: und wann sich beide Contrahenten des Kaufs nicht vergleichen könnten, solle dessen Vermittelung, Vergleich und Entschiedt bei jedes Orths, unter welchen die saile Güter gelegen, verordneten Ausschüssen und Rätthen seben. (d) Illi, qui vendere cupit, hic denunciatio iniungitur. Necdum igitur verus emtor nec verum pretium patere, poterit, cum de contractu nondum inito aliquid disponatur, nihilominus tamen denunciatio exigitur. Frustra quis ogganire auderet, quod ibi dicatur: in gleichmäßigen billigen Werth: statim enim explanatur quid sibi velit verbum: gleichmäßig: dum simul affirmatur: daß dessen Vermittelung - - bei jeden Ritter Orths Ausschüssen - - seben solle. Ex quo apparet, nec verum pretium nec verum emtorem esse decunciandos. Alias, pretium ac reliqua determinentur, non necesse esset.

§ XVIII

Quæ in paragraphis præcedentibus exposita reperiuntur argumenta, ad corroborandam sententiam nostram, profunt. Sic olim denunciatio non tam speciatim exacta determinabatur. (f) Dein contra-

(d) BÜRGERMEISTER in Cod. Diplom. Equestri 1721 Tom. I pag. 330 PFEFFINGER in VITRIAR. Illustr. Tom. 17 L. III T. XXI princ. n. 21 pag. 259, 1731.

(e) G. SCHWEDER in Introd. in Jus publicum Part. Spec. Sect. II cap. XVIII, Ritter-Ordnung der fünf Theil im Land zu Schwaben de an. 1560 confirm. a FERDINANDO I anno 1561 apud PFEFFINGER loc. cit., BÜRGERMEISTER in dem Grafen- und Ritters-Saal Part. III Sect. XXIV.

contractus, præfertim vigore FERDINANDI II privilegii, erat denunciandus. (g) Tum FERDINANDVS III poenam annihilationis adiciebat. (h) Tandem extensio addita est a LEOPOLDO Imperatore (§ XIV).

§ XVIII

Quæ si omnia rite perpenduntur, in ferenda hacce dispositione speciali, ius retractus, absque denunciatione, determinatum, adeoque hanc illi inesse, haud fuisse suppositum, elucet. Nec non, Nobiles Imperii Immediatos magni fecisse, per speciale privilegium membra sua ad denunciationem obligare, patebit.

§ XX

Quin ex hac dispositione, quamvis denunciationis necessitas uno eodemque cum iure retractus tempore extitisset, summos hocce privilegium concedentes, denunciationem, præter retractum, præcipuam desiderare dispositionem, agnovisse, innotescat.

§ XXI

Quum autem caussis in publicis acta nec non commode ad alios casus applicanda, in dubio saltem præiudicia constituent eaque propter sint sequenda, nostræ sententiæ hæc argumenta usui esse haud exiguo, inferre nobis licebit.

§ XXII

Hac ex ratione nobis minus recte obiicitur conclusum quoddam Iudicii Imperii Aulici. (i) Ubi: *ob non factam denunciationem zu stehender iuris*

(g) BYRGERMEISTER I. C. PFEFFINGER *ibid.*

(h) G. SCHWEDER I. I. BYRGERMEISTER *loc. d.*

(i) *Vid. Cel. I. L. MOSER Reichs-Hofraths-Consilia Tom. IV Concl. 438 Francof. 1728.*

ius retractus. Personæ enim, quibus ius illud reservabatur, erant Nobiles Imperii Immediati. Opponi quidem posset. Num denunciatio in alienandis bonis, ad Ordinem Equestrum Immediatum pertinentibus, præcedere debeat, æque ac ratione denunciationis generatim spectatæ, disceptari, Sic, qui supra (§ XV not. l.) sunt laudati, Auctores partim contradicunt. Serenissimus Princeps Brandenburgico Baruthinus eandem declaravit sententiam. (k) Ius porro retractus, eidem ordini competens, ad terminos iusti & æqui esse reducendum, per conclusum trium Collegiorum Imperii an. 1704 in Causa Ellwangen iudicatum est. (l) Imo aliud Iudicii Imperii Aulici (m) obstare videtur conclusum. Quapropter illud, in dubio pro denunciatione sententiam tulisse, videtur, ideoque tale enunciatum foret observandum, cum, si quæstio in diversas poterit trahi partes, id, quod summa Imperii Dicasteria approbant, sequendum sit.

§ XXIII

Cum tamen Iudicium Imperii Aulicum non potuit non privilegia ab Imperatoribus concessa sequi; quisque exploratum habebit, conclusum laudatum ad bona Nobilium Immediatorum esse restringendum.

§ XXIII

Eorum, qui nobis sese opponunt, reliqua argumenta, citra pulverem erunt refutanda. Mittimus, qui solemnem esse necessariam, statuumt. Ne minus quidem solemnem requiri, sufficit demonstrasse.

§ XXV

(k) Vid. das Antwort-Schreiben Ihro Hochfürstl. Durchl. zu Brandenburg - Bayreuth an den Ritter - Canton Gebürg d. d. Bayreuth den 22 Jun. 1751 apud Cel. MOSER in dem deutschen staats-Archiv ad annum 1751 Th. II Cap. 4. pag. 18 & 19.

(l) Vid. die Vorlegung der anwachsenden Reichs-Ritterschaftlichen Irrungen und daher entstehenden Nothdürfte eines endlichen Etc. Reichs-Regularius fol. 1750 pag. 121.

(m) apud Ampl. MOSER in dem staats-Archiv ad a. 1752 Th. I Cap. XVIII p. 153.

§ XXV

Aiunt dissentientes: (n) Essentiae ab accidentibus itemque forma probe sunt separandae. Ad istas denunciationem referre nequimus. Huic vero, puta formae, annumerari meretur. Quum porro formae, quatenus semel tanquam necessarium accidens est definitum, qualitas potius essentiae erit tribuenda, eaque propter denunciatio contractus, sua quidem natura, constituit accidens quid, attamen necessario prout substantia adesse debet. Quid autem, quaeso! formae contractus nomine insigniri poterit? Sane nihil aliud, nisi accidentale, ex certa, eaque specialia, dispositione, essentialibus aequiparandum. (§ IV) Praecipua itaque requiritur determinatio. Adesse debet lex seu consuetudo. Ubinam leges illae existunt? Nullibi! etsi totam nostram perlustrares iurisprudentiam. Ubinam consuetudo? Nemo tam temeria usus est ratione, qui ad observantiam provocet. Danturne forsitan leges positivae cerebro innatae? - -

§ XXVI

MÜLLER ad STRUVIVM (o) necessitatem denunciationis statuit, quia AFFELICTVS, de iure proximis § II n. 1 & 2, pulchre dicat: *Aut respiciamus finem sciendi: & sufficit sola scientia: aut quoad effectum aliud inducendi alterius vel prohibendi & non sufficit sola scientia.* At o! - - (annotes, quaeso! I. H. BOEHMERI elegantem, AFFELICTO commendandam, dissertationem: *de interpretatione facienda contra eum, qui clarius loqui debuisset!* - -) Verba tamen, quae eximius alias Iureconsultus nobis sese opponens, omisit, addenda erunt. Iam enim AFFELICTVS: *ubi ergo lex requirit denunciari, sine dubio est necessaria scientia, scientia dico facti & forma ipsius & ceterorum.* Ad eum itaque casum respicit, si denunciatio in legibus praecipitur. Quid insuper nocet illud argumentum? Annon sola scientia, eidem, cum denunciatio, usui, agnatis esse potest?

C

§ XXVII

(n) M. A. C. MANT. loc. cit. CHRISTINAEVS d. I.

(o) Er. XXIII Th. LXV lit. b.

§ XXVII

Quibus per inductionem argumentari placet : illos remittimus ad § IX, X, XI, XII & XIII.

§ XXVIII

Praxin exigere denunciationem probaturus, MÖLLER (p) laudat MEYVIM. (p) Huius tamen dicta probe haud perpendit. Sic enim ille: (q) *quoties statutum requirit denunciationem circa ius protimiseos, habetur de eius forma.* Omittitur itaque, ubi iura communia non sunt mutata. Quod affirmamus. Porro: *si talium denuntiatio ex lege non est necessaria, utique nec requirenda, nec venditor nimis onerandus, cum alias satis odiosum sit, rem alii vendere teneri.* Quisnam, MÖLLERVIM mentem MEYVI percepisse, affirmabit?

§ XXVIII

Restat LEYSERI sententia, statuentis: eum meliori gaudere conditione, cui denunciatus non sit contractus, quam illum, cui denuntiatio facta fuerit. Nec tamen Iureconsultus celeberrimus sibi ipsi constat. Alias provocat, ad V F. XIII: alias ad æquitatem. En responzionem! Caput illud est extraordinarium, contra analogiam, & capita ordinaria, ex consensu omnium Interpretum, non allegandum. Nostram sententiam esse æquiores, demonstravimus supra § VIII. Cur alterutri magis esset indulgendum? Annon utrique idem ius competit? Annon singuli eadem adhibere possunt media ad retrahenda feoda?

(p) *in distinct. iur. feud. pag. 460.*

(q) *Part. II Dec. 253 n. 6 &c.*




COROL-



COROLLARIA.

1. **M**aiestas tam in Republica voluntaria tam necessaria est limitata.
2. Duos de eadem re litigantes ad confirmationem iuratum eorum, quæ ab uno affirmata ab altero negata sunt, interdum ius naturæ admittit.
3. Minus recte contendit MENOCH: patri, liberis legitimam in certa pecunia assignare, liberum relinqui.
4. Approbamus sententiam WERNHERI, ius retentionis & in illiquidis locum habere posse, statuentis.
5. Quicquid commodi ex re oppignorata fluit, pertinet ad debitorem.
6. Quicumque simultaneam investituram, ad tribuendum ius succedendi, in extraneum, sine compossessione collatam, puram nominat, sibi ipsi non est conscius.
7. Ius ex nuda expectativa quæsitum, per aliam, sub clausula: anteferri: concessam, minui nequit.
8. In feudo novo, iure feudi antiqui concessio, agnati primi acquirentis & ultra septimum gradum succedunt.




PRAENOBILISSIMO NEC NON HONORATISSIMO
DOMINO RESPONDENTI

S. D. P.

PRAESES.

Nec mos maiorum, nec animus Tibi mea declarandi officia, has annectere litteras, me commovent. Tua id mihi dissuaderet modestia, nisi scribere aperte atque ingenue, vitæ Tuæ degendæ iuberet ratio. Te, Amice Spectatissime! fama tollens, Tuam laudibus ornans virtutem, nemini palpum obrudo. Tum Gissa, tum Marburgi, haud inanem in litteras contulisti operam. Summis tamen, hac in bonarum artium Sede commoratum, encomiis Te esse cumulandum, publice testor. Assiduam tantamque impendens diligentiam, ut nullus otio perierit dies, imo, sine metu factum committendi iniquum, noctis infomnem duxeris partem, non nequis meritorum præmia ferre. En! Amice Dilectissime! adsunt quædam præmia! adsunt honores! Publica specimina testes existunt. Age! viam faustam, felicem, beatam incedere nunquam desistas! Quicquid ad salutem, quicquid ad laudem Tuam conducit, quicquid denique amici efflagitant officia, a me expectes, rogo. Valeas! Dabam Herbornæ V Iduum Martii 1602CLXV.



X 2203495

Sb.

V07





F. g. num. 23.
1765, 2

DISSERTATIONEM IVRIDICAM
DE
CONTRACTVS DENVNCIATIONE
AD EXCLVDENDVM IVS RETRACTVS
AGNATORVM HAVD NECESSARIA.

19

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO

DOMINO
GVILIELMO V.

ARAVS. ET NASSAV. PRINCIPE
RELIQVA.

SVB PRAESIDIO
IO. HENR. EBERHARDI

I. V. L. AC L. P.
EXAMINI PVBLICO SVBIICIET
RESPONDENS

KAROLVS CHRISTIANVS BINZER
SOLITARIA-HANOICVS
I. V. C.

DIE MARTII MDCCLXV H. L. S.

HERBORNÆ
LITTERIS REGELINIANIS.

